

F. F.


ORDINIS THEOLOGICI  
DECANUS,  
**PHILIPP. LUD.**  
**HANNEKENIUS,**  
Doct.&P.P.

*LECTORIBUS*  
**Prosperitatem in DOMINO**  
pr.





I.Petr. IV,  
15.



Lienæ rei tractator, qui  
Petro Apostolo est αλογιοεπί-  
σκοπος, ut variæ actor pravita-  
tis introducitur, cui insinuatus  
quasi deprehendatur & homicida,  
& fur, & maleficus; In malefico  
blasphemus & atheistæ; in fure raptor bonorum  
proximi; in homicida famæ vitæque sicarius depre-  
hendetur. Episcopus adeò negotiosus Petro audit,  
sed pravitate, sed nequitia negotiosus, qui aliena, ap-  
petendo sibi lucrum quærerit, ut fur, ut latro, ut qui-  
cunque aliis nequitia artifex. Quos habituri erant  
in sancto ministerio successores sibi Apostoli, hâc se-  
riâ admonitione erant instruendi, ne exorbitatione  
ministerialis inspectionis, externa & aliena tractan-  
do, in tantum crimen inciderent, per quod latroni-  
bus & maleficiis compararentur. Hoc opus hic labor  
est doctorum papæorum, de potestate temporali & im-  
perio ejus in totum orbem disputantium, ut ne affi-  
nis αλογιοεπισκοπος, copiosissimi criminis, (quo Ec-  
clesiæ

clesiæ Christianæ internus hostis & truculentissimus,  
sacris literis depingitur, ) reus peragatur.. Sed ut  
pulverem excitant & varios fumos, qui in meridie,  
sole lucente, respuunt videri; ita veritatis jubar in  
Servatoris dicto pellucens; *regnum meum non est de*  
*hoc mundo; Reges gentium dominantur; vos autem non,*  
*ita;* & in illis, quæ Apostoli explicaverunt de munere  
& ministerio Episcoporum Doctorumque Ecclesiæ,  
tanquam diviso & distinctissimo à potestate civili, &  
cum ea non confundendo, miris distinctionibus, &  
variâ contradictione, ut fit inter hostes veritatis, co-  
nantur obfuscare. Aliter scilicet *Theologi*, aliter *Cano-*  
*nistæ* difficultati controversiæ succurrunt. *Theologi Conf.* Bel-  
scripturarum lumen formidantes, Pontificem habere *larm. lib.*  
*directè & immediate* illam temporalem potestatem, *V. de V. R.*  
qua Pontificem, negant; ratione autem *spiritualis potestatis* cap.7. seq.  
*statis, & hâc mediante, id est, indirectè, omni principe*  
sæculari superiorem esse, contendunt, (mirabili jure  
alluvionis, an generationis mysterio? qua potestas  
gignitur ex potestate) qui censuris non tantum Ec-  
clesiaisticis, sed & pœnis ab eo talibus subjici possunt,  
quæ principatibus eos regnisque & imperio exuant.  
*Canonistæ*, infallibilis capitis sui audaciâ muniti, ita  
procedunt; *Primo* dicunt, potestatem jurisdictionis spi-  
ritualium & temporalium immediatam à DEO esse in solo  
Papa; potestatem verò sœcularem in Principibus ad mini-  
sterium. *Secundo*, Papam ut papam jure divino habere  
plenissimam potestatem, in universum orbem terrarum, in  
rebus tum Ecclesiasticis, tum Politicis; *Tertiò*, Dominium  
Principum translatum esse ad Ecclesiam, & residere in sum-

mo Pontifice, ut vicario summi & veri Regis Christi ; & ideo posse Pontificem Regna jure suo dare, quibus voluerit fideli-  
um. Viri in Papatu boni, & qui tyrannicam illam doctrinam non possunt non fastidire, salvo dogmate, alias itidem insano, quod Pontifex sit caput totius Ecclesie, aperte profitentur, Pontificem Romanum nec divino jure, nec Christi institutione, habere rerum temporalium dominium, potestatemve, aut jurisdictionem, sive recta, sive indirecta audiat ; sive absolute, sive relate ad bonum spirituale consideretur ; neque posse Principes supremos, quocunque evenire criminis reatu possit, suis dominiis & ditionibus spoliare. Hi Baronio & Bellarmino audiunt Politici, & Hæreticorum nomine traducuntur. Pontifices ipsi pro Cathedræ suæ eminentia, insuper habitâ ejusmodi distinctionibus, absolute pronunciant, sibi  
*Dist. XXII, omnes Reges subesse ; Nicolaus II. apud Gratianum ; Ro-*  
*c. I.* manam Ecclesiam ille solus fundavit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clavigero terreni simul & cœlestis Imperii jura com-  
*De Poteſt.* misit ; Ideò Augustinus Triumphus testatur, Papam, Eccl. art. consecrari ut Sacerdotem ; & coronari ut Regem ; festum VII. qu. i. que coronationis nunciare omnibus Regibus. Quām ma-  
*conf. Pigh.* lam apud Sixtum V. Bellarminus, pro sententia Theo-  
*Hierarch.* logorum pugnans, iniverit gratiam, prodidit Barclajus  
*Eccl. c. V.* cum aliis. Tractavit uberrimâ Oratione idem de mani-  
*De Poteſt.* festissima Pontificis Romani ἀλλογενοπονη argumen-  
*Pap. c. 13.* tum Vir multis in Ecclesiam orthodoxam meritis clariſſimus, SUMME REVERENDUS, DN. CHRISTIANUS LEHMANNUS, SUPERINTENDENS & PASTOR FREI- BERGENSIS VIGILANTISSIMUS, quam cras, D. V., de mo-  
re Can-



re Candidatorum Theologiæ ex Cathedra Lutheri  
recitabit. Ejus hic, velut in tabula, vitam & divinæ  
providentiæ ductum delineare annitar, ut omnino  
novi Oratoris Sacri premium agnoscatur, qui bono-  
rum judicio omnium sit dignissimus, cui dicenti fre-  
quentissimum, sedulum, pacatum, & pietatis veræ  
votis negotiosum compareat Auditorium. Sæcu-  
lo, quod propè decurrit, medio, Anno XLII. postrid.  
Kal. Dec. natus est Scheibenberga; Patre, Theologo  
gravissimo, Ephoriæ Annæbergensis Seniore & Paſto-  
re, CHRISTIANO LEHMANNO, Viro sanctæ fun-  
ctioni, cui ultra LV. annos præfuit, admodum com-  
modo, agendisq; reb9 eruditis & commentandis aptis-  
simo; Historiam scripsit Montanæ Regionis Misnicæ,  
seu Piniferi, quæ inter M. S. hæredū celebratur. Matre  
EUPHROSYNA, Filiâ Prætoris Elterlinensis KREU-  
SELII, optimâ, matronalibus virtutibus pietatisq; ve-  
ræ laude & societatis maritalis benedictione plus L.an-  
nis clarissimâ. Fratrem habuit, natu majorem, jam  
beatis adscriptum, JCtum & Consiliarium Saxonicum  
Martisburgensem celeberrimum, D. THEODOSIUM  
LEHMANNUM; Minorem adhuc dum, M. IMMA-  
NUEL LEHMANNUM, Ecclesiæ Görlizensis Mini-  
strum fidelissimum, in vivis secum strenue militan-  
tem gratulabundus fraternè prædicat. Positis La-  
tinæ & Græcæ Linguae rudimentis, Scholæ Chemni-  
censis factus alumnus, Rectoris informatione dex-  
terrимâ, M. ALBINI SEIFRIDI, & hoc ad Paſtora-  
tum & Ephoriam vocato, M. EGENOLPHI feliciter  
ufus est. Inde anno LVIII. Lipsiam concessit; ut

probitas & virtus facile apud bonos inveniunt Patro-  
cinium, ita & ab illa & ab hac commendatus, adjectâ  
musicæ peritiâ & modulandæ vocis gratiâ, integro  
lustro in Schola Thomana liberalitatem Nobilissimi  
Senatus Lipsiensis, in commodum insigne studio-  
rum, est expertus ; De Disciplina Scholastica tum  
præclarè merebantur, quorum gratisima ipsi est me-  
moria, M. CRAMERUS, KNUPFERUS, HORLE-  
MANNUS, & præcipuo nomine, P. P. & Theologus  
Excellentissimus, FR. RAPPOLTUS, cui, secundum  
DEUM, ob humanioris literaturæ communicatio-  
nem, se plurimum debere, tanquam piis fatis paren-  
taturus, confitetur. Agnovit & privatâ se auctum-  
eruditione Fratris majoris, & M. GRÆFII, M. PRÆ-  
TORII, & *aliorum*, qui certatim succrescentem ad-  
modum in studia altiora nobilem juvenem prove-  
here desiderabant. In Academiam receptus, Philo-  
sophiæ primò, ut sunt ordinata eruditorum studia,  
sedulam navavit operam ; Præceptores nactus, toto  
eruditorum orbe meritis maximis inclytos, RAP-  
POLTUM, ITTICHUM, ALBERTI, MENCKE-  
NIUM, PREUSSIUM, THILONEM ; L. GLAU-  
CHIO manu ducente Theologiæ se applicuit, & pu-  
blicas D. KROMAJERI, & D. SCHERZERI, Lectio-  
nes curatè frequentavit. GOTTFRIDI CHRISTI-  
ANI BOSII familiæ adscriptus, instructissimæ Bi-  
bliothecæ continuo usu plurima percepit doctrinæ  
incrementa, comparatâ celeberrimorum Nominiū  
notitiâ, exactorumque in omni scientiæ genere mo-  
numentorum. Anno LXIII. in nostram pervenit A-  
cade-

cademiam, auditisque sedulò Viris , Academiæ cœlesti jam insertis DONATO , STRAUCHIO , WENDELERO , cuius filiis proficuâ sibi admodum in literis paedagogiâ per triennium præfuit ; & per DEI gratiam adhuc superantibus , DN. KIRCHMAJERO , & DN. ROEHRENSEE , Professoribus Senioribus , gloriâ nominis & apud exterios venerationem maximum consecutis, honoribus Magisterii, unâ cum fratre minore, auctus fuit , postquam sub Præsidio DN. ROERENSEI de *Sobrietate* , & DN. ROESERI , de *transitu exercituali*, cum applausu auscultantium, disputasset. Theologis, indelebilis memoriæ, CALOVIO , MEISNERO , QVENSTEDTIO , & quem di- vina gratia porrò clementissimè sospitet , meritissimo DN. nostro Seniori , D. DEUTSCHMANNO af- fiduus auditor adhæsit. Domum vocatus D. ZIMMERMANNO, Ephoro Misenensi, operam suam in excependa Bibliotheca ejus, & librorum editio- ne desideratam commodavit ; adsuefactus toto studiorum cursu magis ad lucrum gloriæ alienæ, quam propriæ ; servato Pauli monito, ad *Philippenses Capite secundo, vers. 4.* Historiam suæ ad S. ministerium vocationis ipse nuper succinctè ornatèqve explica- vit, quam ejus verbis reddam. *Destinatus à Patre in sublevationem etatis ingravescentis, autoritate Protosynedrii, An. 1669. exente, Parenti Scheibenbergæ in ministerio Ecclesie adjunctus fui, inque ea statione permansi quinque annos & sex menses; donec Annæbergam legitime vocatus Diaconi functionem subii. Quinquennio elapo, variis casibus exercitatus, B. Collegæ M. Vogelhauptio surrogatus;* & ite-

rum

AKT  
390

rum post quinquennium, in locum Celeberrimi Theologi Dn. D.  
Kühnii, jam Dantisci Ecclesie orthodoxe commodis invigi-  
lantis, ad Pastoratum vocatus, & à Sereniss. & Potentiss. E-  
lectore Saxoniae, Ephorix admotus sum, Anno 1685. cui gravis-  
simo & onerosissimo muneri præfui usque ad hunc annum,  
1697. ubi præter omnem expectationem meam Freibergam e-  
vocatus fui, publicis lacrymis, qui fuit amor in me incredi-  
bilis, ab Auditoribus meis dimissus. In variis difficultatibus,  
qua tali functioni adherent, magnopere recreatus sum, piis  
precibus & amore Virorum Clarissimorum & Doctissimorum  
multorum, præcipue autem & nāvū D. S. B. Carpzovii, Sere-  
nissimo & Potentiss. Electori Saxoniae à Conc. Aul. primariis,  
& Protosynedrii Senioris, incomparabili humanitate & bene-  
volentiā, quam DEUS omni gratiarum genere liberaliter re-  
muneretur. Jam demum Freibergam translateus, non sine  
merita laude memorare possum Nobilissimi Senatus in mestu-  
dia insignia & liberales suppetias ad acquirendum gradum  
in Theologia. Hic ut majorum more solenniter ob-  
tineatur auspicium ab oratione memorata futurum  
est. Vestra autem, Academiæ Patroni, Doctores,  
Civesque, Vestra favens frequentia auspiciis bona o-  
mina, splendorem animumque oratori, Ordini no-  
stro insignem honorem procurabit; Adeste igitur,  
favete, & prosperrimè agite. P. P. Witteb.

A. O. R. M DC XCVII. XII. Kal.  
Octobr.

---

Prelo SCHRÖDTERIANO, Acad. Typ.

1017

m. 5

QK.254





D.  
PRO

M.C.  
SS. TH  
PRIN

AJ

WIL



IENTICUS  
NONICUS,  
ISSÆ,  
SUBJECTO,  
IERIS,  
DVA,

osom&siæ,  
INFORMATIONEM  
is,  
ALISPICIIS,  
HEOLOGICA

Geutschmann/  
DREM THEO-  
EPHORUM,

MANNUM,  
LIBERG. PASTOREM  
IPERINTENDENTEM,  
,  
MOS HONORES  
A,  
ONIBUS  
M DC XCVII.  
ORI,  
RDIANIS

CHRÖDTERI, Acad. Typ

26.